

*Maria.*

anima mea

itus meus

neo.

militatem

e enim ex

ent omnes

hi magna

& sanctum

jus à pro-

\* timen-

in brachio

superbos

es de sede,

iles.

evit bonis

inanes.

l puerum

us miseri-

ad patres

am & se-

a.

ili David,

re Mariam

quod enim

de Spiritu

iet autem

nomen ejus

o.

is æternæ,

per Sanctissimam Familiam  
Jesu, Mariæ, Joseph, hu-  
mano generi præmia præsti-  
tisti; tribue, quæsumus, ut  
quâ vitæ authorem nobis  
similem foris agnovimus, per  
eam intus reformari mereamur.  
Per eundem &c.

*Com.n. Sabbati ante Domini-  
cam tertiam Post Pascha.*

*Ant.* Modicum, et non  
videbitis me, dicit Domi-  
nus; iterum modicum, et  
videbitis me, quia vado ad  
Patrem. Alleluia, alleluia.  
*v.* Mane nobiscum, Domi-  
ne, alleluia.

*r.* Quoniam advesperascit,  
alleluia.

*ORATIO.*

**D**eus, qui errantibus, ut  
in viam possint redire  
justitiæ, veritatis tuæ lumen  
ostendis; da cunctis qui  
christianâ professione cen-  
sentur, et illa respuere, quæ  
huic inimica sunt nomini,  
et ea quæ sunt apta sectari.  
Per Dominum &c.

*AD COMPLETORIUM.*

*Doxologia.* Gloria tibi, Do-  
mine, qui natus es de virgi-  
ne &c.

*AD MATUTINUM.*

*Pater noster. Ave Maria.*

*Credo in Deum. Domine  
labia &c. Deus in adju-  
torium &c.*

*Invitatorium.* Alleluia, Jo-  
sum Angelorum Dominum,  
parentibus subditum \* Veni-  
te adoremus. Alleluia,

*PSAL. 94.*

**V**ENITE exultemus Do-  
mino; jubilemus Deo  
salutari nostro; præoccupe-  
mus faciem ejus in confesso-  
ne, et in psalmis jubilemus  
ei.

Quoniam Deus magnus  
Dominus, et Rex magnus  
super omnes Deos; quoniam  
non repellet Dominus ple-  
bem suam; quia in manu e-  
jus sunt omnes fines terræ, et  
altitudines montium ipse con-  
spicit.

Quoniam ipsius est mare,  
et ipse fecit illud, et aridam  
fundaverunt manusejus. Ve-  
nite, adoremus, et procida-  
mus ante Deum; ploremus  
coram Domino qui fecit nos;  
quia ipse est Dominus Deus  
noster; nos autem populus  
ejus, et oves pascuæ ejus.

Hodie si vocem ejus au-  
dieritis, nolite obdurare cor-  
da vestra, sicut in exacerba-  
tione secundum diem tenta-  
tionis in deserto: ubi tenta-  
verunt me patres vestri, pro-  
baverunt et viderunt opera  
mea.

Quadraginta annis proxi-  
mus fui generationi huic, et